

- 951 Sunt & numeri climaterici à septem climatibus deducti aerrocs ita existimat hominibus perniciosi, nos autem in libro de rerum varietate declarauimus non 7. sed 20. & 9. esse considerandos, veluti 20. 40. 60. 80. & 9. 18. 27. 36. propterea 63. & 80. & 81. sunt valde perniciosi cum duæ numerorum series maleficæ cohæreant in ætate defecta.
- 956 Sunt & quæ oblectentur puerilibus numeris aut distinctis aut similibus veluti 222222. vel 353535. quos multiplicando aduenire desiderant, hoc si diuiseris numeros habebis ex quorum multiplicatione proueniant stultum est enim talibus nugis operam dare.
- 97 Cùm volueris diuidere numerum aliquem in duas partes tales quod diuisa vtrâque parte per reliquam exeuntia iuncta faciant vt pote 4. vel alium numerum, tunc diuides 4. vel numerum quem euenire desideras in duas partes tales quod inuicem multiplicatæ producant vnitatem, & tales partes erunt prouentus partium numeri primo propositi se mutuo diuidentium. Exemplum diuide 12. in duas partes ex quarum mutua diuisione proueniat $5\frac{1}{2}$ tunc diuide $5\frac{1}{2}$ quod vis prouenire in duas partes quæ inuicem multiplicatæ producant 1. & tales erunt $5\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$ nam $5\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$ inuicem ductæ faciunt 1. dico igitur quod prouentus partium 12. mutuo se diuidentium aggregantes $5\frac{1}{2}$ in prima sui diuisione producent $5\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$ & erunt 10. & 2.
- 98 Cùm volueris diuidere 12. gratia exempli in duas partes ita quod maiorem diuisa prodeat aliquis numerus puta 5. tunc adde semper 1. ad numerum quem prouenire desideras & per ipsum diuide diuidendum, qui exit est minor pars quæ detracta à numero diuiso relinquatur maior Exemplum volo vt ex diuisione maioris partis 12 per minorem exeat 5. addo 1. ad 5. fit 6. diuido 12. per 6. exit minor pars quæ est 2. hanc subtrahò ex 12. remanent 10. diuiso igitur 10. per 2. exit 5. & ita per hanc & præcedentem potes diuidere quemlibet numerum in duas partes tales quod vna per alteram diuisa prodeant duo numeri aggregantes quemvis numerum operando primo per præcedentem deinde per hanc.
- 99 Cum diuiseris vnum numerum per alium: & diuiseris vnum numerum per alium tertium numerum per prouentum, & hunc prouentum vltimum addideris tertio numero, & totum diuiseris per primum diuiseris per primum diuisorem: quod exit est tantum quantum aggregatū prouentuum tertij numeri diuisi per primum & secundum. Exemplum sit 24. 2 3 quem volo diuidere per 2. & 3. $1\frac{1}{2}$ diuido 3. per 2. exit 1. $\frac{1}{2}$. diuido 24. per $1\frac{1}{2}$ exit 16. addo 40 16. & 24. fiunt 40. diuid 40. per 2. exit 20. & tamen prouenit diuiso 24. per 3. & per 2. exeunt enim 12. & 8. quæ iuncta faciunt 20. & idem procedit si diuideres 2 per 3. exit $\frac{2}{3}$ diuide 24. per $\frac{2}{3}$ exit 36. adde ad 24. fit 60. per 3. exit 20. vt prius. Et ita in

denominationibus volo diuidere 1. cu. pe
 1. ce. p. 1. co. &
 per 1. co. p. 1. di-
 uido 1. ce. p. 1. 1. ce. p. 1. co. 1. co. p. 1.
 co. p. 1. exit 1. co.
 diuido 1. cu. per
 1. co. exit 1. ce. ad-
 do ad 1. cu. fit 1
 cu. p. 1. ce. diuido
 1. cu. p. 1. ce. per
 1. co. p. 1. exit 1. ce. & hoc est quod pro-
 uenit ex aggregato prouentus 1 cu. diuisi
 per 2. ce. p. 1 co. & 1 co. p. 1.

1 cu.
1 co.
1 ce.
1 cu. p. 1 ce.
1 c. p. 1.
1 ce.

Cùm volueris diuidere numerum vt par-
 tes certum multiplicatæ producant numerum
 quadra medietatem illius numeri diuidendi
 & à producto auferes numerum quem vis
 producere & residui addita & diminuta à
 dimidio constituit tales partes.

Veluti volo diuidere 7. in duas partes quæ
 inuicem multiplicatæ producant 10. diuido
 7. per æqualia fiunt $3\frac{1}{2}$ quadrato $3\frac{1}{2}$ fit 12.
 $\frac{1}{4}$ detraho 10. remanent $2\frac{1}{4}$ capio radicem
 $2\frac{1}{4}$ & est $1\frac{1}{2}$ detraho à $3\frac{1}{2}$ fit 2. addo ad $3\frac{1}{2}$
 $\frac{1}{2}$ fit 5. & ita partes quæ multiplicatæ pro-
 ducunt 10. sunt 5. & 2.

Et ex hoc sciemus diuidere numerum in
 duas partes quarum quadrata iuncta faciunt
 determinatum numerum quadrabimus enim
 diuidendum & ab eo quadrato auferemus
 numerum quæ volumus quod aggregent qua-
 drata partium & residuum diuidemus per
 æqualia deinde per præcedentem taliter di-
 uidemus numerum diuidendum quod partes
 inuicem multiplicatæ producant illam me-
 dietatem tales partes erunt quæ sitæ videlicet
 quarum quadrata iuncta faciunt numerum
 propositum.

Exemplum volo diuidere 7. in duas partes
 quarum quadrata faciunt 29. quarto 7. fit
 49. detraho 29. remanent 20. diuido 20.
 fiunt 10. tunc per præcedentē diuidam 7. in
 duas partes ex quarum multiplicatione vnus
 in alteram fiat 10. & tales erunt 5. & 2.
 igitur 5. & 2. erunt partes quæ sitæ quarum
 quadrata iuncta sunt 29.

Et ex his habebimus duos numeros quo-
 rum quadrata iuncta faciunt certum nume-
 rum, & ex ductu vnus in alterum quicun-
 que alius numerus producat ut volo duos
 numeros quorum quadrata iuncta sint 30.
 & productum vnus in alterum sit $9\frac{1}{2}$ du-
 plica $9\frac{1}{2}$ fit 19 adde ad 30. fit 49. accipe
 7. quæ est 7. tunc per centesimam regu-
 lam diuides 7. in duas partes quæ inuicem
 multiplicatæ producant $9\frac{1}{2}$ & tales erunt
 quantum quadrata iuncta faciunt 30. & ita
 faciliter soluitur quæstio quæ per algebram
 est difficilior, potest etiam solui per quantita-
 tem surdam.

Et ex hoc etiam habebimus quod si quis
 dicat diuide gratiâ exempli 10. in duas par-
 tes ita quod aggregatum prouenientium ex
 mutua diuisione, cum diuiserit quadrata
 vtriusque partis, prodeuntia faciunt iuncta
 puta 16. sufficit diuidere 10. in duas partes
 quæ inuicem ductæ faciunt 16, & tales erunt
 8. & 2. ex quarum mutua diuisione pro-
 ducitur aggregatum $4\frac{1}{4}$ cum igitur diuiseris
 quadrata 8. & 2. & quæ sunt 64. & 4.
 per